



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. CCLXXIV. De Morte fratris Gundrami & plurium Lethovvinorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

bus liberaret. Qui Commendator de consilio Magistri cum Exercitu processit contra Castrum Oukayn, & ecce mirabilis DEUS in omnibus operibus suis, cujus providentia hoc summè necessarium ordinavit, quod dum fratres ad impugnandum dictum Castrum accederent, ipsa nocte vigilia & custodia castri dicto Draykoni competebat. Unde appropinquante Exercitu fratrum, Portam Castri secretè aperuit; & fratres intrantes omnes præter unum, scilicet filium Sudargi, graviter tamen vulneratum, occiderunt. Captis mulieribus & parvulis & Castro cum suburbio funditus cremaverunt, dictusque Drayko deductus usque Raganitam cum tota familia est baptizatus.

*tionem inter Ducem Bohemiam & Ducem Austria habitus Karolus Martellus Regnum Hungariae obtinuit*

*Eodem anno Albertus Rex Romanorum prevaluit in bello contra Ducem Bavariae & Moguntinum & Coloniensem Archiepiscopos.*

## CAP. CCLXXIV.

De

*Morte fratris Gundrami & plurimum  
Lethovvinorum.*

Eodem anno frater Gundramus, homo staturâ pusillus totus tamen animosus & virilis cum IX. armigeris sequebatur latrunculos Lethoviae, qui decem homines & totidem equos spoliaverunt in districtu Castri Christburg, & dum eos in deserto invaderet, in primo congressu quidam Lethovvinus ipsum cum lanceâ vulneravit, sic quod viscera ipsius effusa fuerunt, nec tamen destitit ab incepto bello, quousque Lethovvini omnes essent interfecti, & tunc cecidit & expiravit. Quem dum mortuum armigeri sui ad Castrum Christburg deducerent, mulieres, quæ per eum de manibus infidelium redempta fuerant, asser-

rebant



*Gottfridus C. de Hohenloh XI. Mag. Gen. Ord. Teuton.  
Conradus Sak XVI. Magister Provinc. in Prussia.*

rebant se vidisse duas Columnas albas volantes supra corpus ejus  
in aere, quae ipso stante stabant, & procedente volabant.

CAP. CCLXXV.

De

*Deprædatione terræ Lubowia &*

*LXV. Lethovviorum.*

POSTHÆC quidam alii latranculi de Lethovia V. villas in terræ  
Luboviæ hostiliter invaserunt & CC. Christianos aliis cap-  
tis partim occiderunt. Quos fratres de Christburg sequen-  
tes, dum venissent in solitudinem, consideraverunt in vestigiis i-  
pforum, quod dividissent se in duas turmas. Undè & ipsi se &  
suos in duas partes diviserunt, quarum una comprehendit tur-  
mam unam infidelium & occidit ex ea (a) LXV. viros & LXX.  
Christianos homines liberavit. Alia pars fratrum non invenit  
nisi quinque pueros Christianos, quos secum duxit. Postea fra-  
tres intellexerunt relatione veridicâ, quod pauci de istis Letho-  
vvinis sani redierunt: quibusdam enim submersis in viâ, reliquis  
consumptis inediâ, ceteri se præ tristitia suspenderunt.

ANIMADVERSIO.

(a) Stryikovius in suo Exemplari legit X. Viros & XL. Christianos ho-  
mines liberavit. Jerofschinus verò eodem modo, ut nos legit.

CAPUT CCLXXVI.

De

*Adventu fratris Godefridi Magistri*

*Generalis, & resignatione officii sui, &*

*electione fratris Sigfridi de VVucht-*

*vvangen.*

Xx 3

Anno